

<https://interlangues.dis.ac-guyane.fr/Article-S-informer.html>



Article S'informer

- S'informer -



Date de mise en ligne : vendredi 12 juin 2015

Copyright © Le site des Langues vivantes enseignées en Guyane - Tous droits réservés

Martinus agens illas provincias pro praefectis aerumnas innocentium graviter gemens saepeque obsecrans, ut ab omni culpa inmunibus parceretur, cum non inpetraret, minabatur se discessurum : ut saltem id metuens perquisitor malivolus tandem desineret quieti coalitos homines in aperta pericula projectare.

Hac ex causa conlaticia stipe Valerius humatur ille Publicola et subsidiis amicorum mariti inops cum liberis uxoris alitur Reguli et dotatur ex aerario filia Scipionis, cum nobilitas florem adulatae virginis diuturnum absentia pauperis erubesceret patris.

Quam ob rem cave Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ait, sapientissimum iudicavit ; huius enim facta, illius dicta laudantur. De me autem, ut iam cum utroque vestrum loquar, sic habetote.